Decime S. Gregorij in Borgo, et ipse Ser Hieronimus se defenderis, et respondens illum Pheudum Decime non fuisse illorum de Carraria, sed quondam D. Gherardi, tandem per judicium fuit declaratum, et judicando judicatum, certum numerum specificatum Camporum fuisse obligatum ad Decimam illius de Carraria, et aliud Pheudum Decimum Pheudum decimandi fuisse D. Gherardi de Villa Comitis, et de illo idem Ser Hieronimus fuisse juridice investitum, et positum in possessione per Dominum Episcopum, et suam Curiam, et subinde per literas Dominii, et simili ratione, et modo fuit ipse Ser Hieronimus investitus de Campis Nadasibus illius Ville, nunquam Decimatis per illos de Carraria, immo nec Decimatis annis quinquaginta postquam Padua fuit sub nostro Dominio, nam ab annis circa decem citra incepta sunt laborari.

Cumque dictus Zanettus ante in tempore guerre a Dominio de Carraria emerit Decimam, et compleverit illam solvere nostro Dominio, a quo Dominio habuerat instrumentum solutionis, conquestus fuisset nostro Dominio de hujusmodi sua privatione nostra Dominatio cognoscens hanc causam, et differentiam esse inter Civem et non intervenire Cameram, nec nostrum Dominium, scripsit de voluntate, et partium, quod potestas Padue judicaret talem differentiam.

Cumque potestas Padue ex una parte vidisset clarum jus Ecclesie Episcopalis, et consequenter illius Ser Hieronimi quoniam tale Pheudum illum, quod fuerat Dominii de Carraria, neque Dominii Venetiarum, et ex alia parte ipse potestas vidisset instrumentum Dominii de Carraria esse confirmatum per nostrum Dominium, terminasetque, quod quousque instrumentum Confirmationis Dominii, quod est in manibus dicti Zanetti non fuit declaratum per Dominium, dictus Ser Hieronimus non debeat exigere redditus dictorum Pheudorum, partes ab expensis absolvendo. Et quia ipse Ser Hieronimus se certum faciens, quod per justitiam nostram Dominatio per suum instrumentum non plus confirmavit, quam id quod Dominus de Carraria vendiderat, nec plus dedit, quam id, quod ille Zanettus solvit nostro Dominio, appellavit se ad Auditores Sententiarum, et capite C Decem cum isto Consilio imposuerunt illi Ser Hieronimo silentium, ne utatur jure suo, nec a judicio, vel Officio Auditorum de

quo